



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 11. Deo longè decentiùs conuenire, vt aquis plectat reos, quàm  
hominibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

pacarias, apud Dominum, & conciliatrices. Huius igitur imitatione, ad aquas lachrymarum confugiamus, non infiliamus in Barathrum desperationis.

## §. XI.

Deo longè decentius convenire, ut aquis plectat reos, quam hominibus.

Quanquam mihi nunc non est animus, vel Caios, vel Carios agitare, aut de erigendis illis in spem, disputare. Illud ostendo, hominum perversa ingenia, aquas in utilitatem maximam à mundi Conditore datas, in suam ipsorum perniciem convertere, & se ipsos aquis plectere; cur ergo indignantur, si id erga illos faciat DEVS, qui illos plectendi jus habet, ac potestatem? Illi id, cum scelere faciunt, DEVS cum laude.

Athenz-  
us lib. 10.

Cleomenes Methymnæorum tyrannus lenas, in sacco ligatas, submergi curabat, & laudabatur. Tot lenas, & lenones, & lenocinantes alit terra, & non plectat aqua, ju-

Prou. 19.

dice DEO? à quo parata sunt derisoribus iudicia.

29.

Sueton.  
in Aug.

Augustus Cæsar pædagogum ministrósque Caij filij, per occasionem valetudinis, mortis que eius, superbè avarè que, in prouincia, grassantes, oneratos graui pondere, ceruicibus, præcipitavit in flu-

men.

men. Quod factum inter gloria illius de-  
cora numerabatur. Et hæsitabimus, truti-  
næque nostra dignum cesebimus, si quem,  
permittente DEO, aquis haustum audia-  
mus? Quis præscribet, vt ignibus potiùs,  
aut ferro vtatur, si quem, per aquas vult  
ad se euocare? aut in fluuio, non in rogo  
punire? Siquidem *judicium à Domino egre-*  
*ditur singulorum.* Quod si agnoscerent aquis  
lasi, non essent musca illa insipientiores,  
impatientesque, quæ in carniolum ol'am  
decidit, & moriens dixit: *Ego tantum bibi,*  
*& comedi, & laui, et hunc satura exitum fer-*  
*re haud molestè debeam.* Cordati est, id quod  
necesse est, ferre, & boni consulere.

Prou. 29.  
26.

§. XII.

*Serui, aquarum metu, in mendacio,*  
*deprehenfi fabula.*

Alia fabella est lepida, &, ad mores polien-  
dos huic loco admodum idonea, de domi-  
no ac seruo, vnà iter faciētibus. Ibi seruus,  
vt sibi, apud herum, locum noménque fa-  
ceret, multa admodum jactanter menda-  
citerque narravit, vidisse se, cum varias  
terras peragraret. Occurrit equitantibus,  
transuersâ viâ, fugiens vulpes: qua conspe-  
cta, *Magna erat hæc vulpes,* ait Dominus.

Cui